
Sentencia del Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica, de 7 de junio de 2013

Prot. n. 46070/11 CG
Nullitatis matrimonii
Incidentis: Nullitatis sententiae et admis-
sionis novi capituli
Incidentis in incid.: Querelae nullitatis
adversus decretum rotale diei 21 octo-
bris 2009

SENTENTIA DEFINITIVA IN NOMINE DOMINI. AMEN

FRANCISCO PP. feliciter regnante,
Pontificatus sui anno I, die 21 maii 2013,
Supremum Signaturae Apostolicae Tribu-
nal, videntibus Em.mis ac Rev.mis D.nis
Raimundo Leone Card. Burke, *Praefecto*,
Ludovico Martínez-Sistach, *Ponente*,
Ioanne Ludovico Card. Tauran, Atilio
Card. Nicora et Ioanne Card. Lajolo, in-
tervenientibus Rev.do P. Nicolao Schöch,
O.F.M., Promotore Iustitiae Substituto,
tamquam causae prosecutore, Cl.mo D.no
Fabricio Cecci, utpote Cl.mi D.ni X Pa-
trono, Cl.ma D.na Claudia Pierini, tam-
quam Cl.mae D.nae Y Patrona ex officio,
Cl.mo D.no Christiano Begus, tamquam
Cl.mi D.ni Z Patrono ex officio, Rev.mo

Prot. N. 46070/11 CG
Nulidad del matrimonio
Incidente: De nulidad de la sentencia y de
admisión de un nuevo capítulo
Incidente en el incidente: de querrela de
nulidad contra el decreto rotal del día
21 de octubre de 2009

SENTENCIA DEFINITIVA EN EL NOMBRE DEL SEÑOR. AMEN

Siendo papa Francisco, en el año pri-
mero de su pontificado, el 21 de mayo de
2013 el Supremo Tribunal de la Signatu-
ra Apostólica, en Colegio de Jueces inte-
grado por los Sres. Cardenales Raymond
Leo Burke, *prefecto*, Lluís Martínez-Sis-
tach, *Ponente*, Jean-Louis Tauran, Atilio
Nicora y Giovanni Lajolo, con la inter-
vención del Padre Nikolaus Schöch,
O.F.M., Promotor de Justicia sustituto
que prosigue la causa, de D. Fabrizio
Cecci, en calidad de Patrono del Sr. X, de
Dña. Claudia Pierini, como Patrona *ex of-
ficio* de la Sra. Y, de D. Cristian Begus,
como Patrono *ex officio* del Sr. Z, del
Revmo. D. Joseph Punderson, Defensor

D.no Iosepho Punderson, Vinculi Defensore, et Rev.mo D.no Ioanne Paulo Montini, Promotore Iustitiae, in causa de qua supra, hanc definitivam tulit sententiam.

Facti species

1. Die 22 iulii 1997 D.nus X, catholicus, cum D.na Y, catholica, matrimonium in forma canonica iuxta ritum Graecorum Melquitarum in Libano iniit. D.na Y iam praecedens matrimonium die 2 iulii 1983 contraxerat cum D.no Z, quod matrimonium Tribunal Eparchiale Berytense Maronitarum sententia diei 5 augusti 1991 nullum declaravit.

D.nus X die 10 decembris 2001 libellum apud Tribunal Intereparchiale Graecorum Melquitarum primae instantiae exhibuit, quod die 28 octobris 2003, sententiam affirmativam tulit, id est, constare de errore in qualitate mulieris ex parte viri actoris. Quam adversus decisionem mulier conventa, die 24 februarii 2005, ad Rotam Romanam appellavit, petens sententiam separationis ob culpam viri et pensionem alimentariam. Turnus rotalis causam decreto diei 1 februarii 2007 ad ordinarium examen admisit.

Instantia diei 29 octobris 2008 Cl.mus Patronus viri actoris proposuit incidenter querelam nullitatis adversus sententiam Tribunalis Maronitarum diei 5 augusti 1991, quae matrimonium die 2 iulii 1983 inter D.num Z et mulierem conventam iuxta ritum Maronitarum in initum nullum declaraverat, et, quatenus affirmative, expetiit admissionem novi capitis nullitatis ob impedimentum ligaminis ex parte mulieris conventae.

Qua causa incidentaliter die 20 novembris 2008 incohata, Turnus rotalis decreto diei 21 octobris 2009 nullitatem sententiae Tribunalis Maronitarum diei 5 augusti 1991 declaravit et novum caput impedi-

del Vínculo, y del Revmo. D. Gianpaolo Montini, Promotor de Justicia, dictó esta sentencia definitiva en la causa arriba mencionada.

Facti species

1. El día 22 de julio de 1997, el Sr. X, católico, contrajo matrimonio con la Sra. Y, católica, en forma canónica según el rito Greco-Melquita en el Líbano. La Sra. Y ya había contraído un precedente matrimonio el día 2 de julio de 1983 con el Sr. Z, matrimonio que el Tribunal Eparquial de Beirut de los Maronitas declaró nulo mediante sentencia del 5 de agosto de 1991.

El Sr. X presentó una demanda el día 10 de diciembre de 2001 ante el Tribunal Intereparquial Greco-Melquita de primera instancia, que el día 28 de octubre de 2003, dictó sentencia afirmativa, estimando que constaba el error en cualidad de la mujer por parte del esposo actor. La mujer demandada apeló a la Rota Romana contra esta decisión el 24 de febrero de 2005, solicitando una sentencia de separación por culpa del esposo y una pensión alimentaria. El Turno rotal admitió la causa para su examen ordinario mediante decreto del 1 de febrero de 2007.

El 29 de octubre de 2008, el Patrono del esposo actor interpuso como incidente querrela de nulidad contra la sentencia del Tribunal Maronita del 5 de agosto de 1991, que había declarado nulo el matrimonio contraído según el rito Maronita entre el Sr. Z y la mujer demandada, y pidió que, si la resolución era afirmativa, se admitiera como nuevo capítulo de nulidad el impedimento de vínculo por parte de la mujer demandada.

Incoada esta causa incidental el día 20 de noviembre de 2008, el Turno rotal, por decreto del 21 de octubre de 2009 declaró la nulidad de la sentencia del Tribunal de los Maronitas del 5 de agosto de 1991

menti ligaminis ex parte mulieris conventae admisit.

Sententia dein definitiva idem Turnus rotalis, die 26 ianuarii 2011, proposito dubio «An constet de matrimonii nullitate, in casu, ob errorem in qualitate conventae ex parte viri, et, tamquam in prima instantia, ob impedimentum ligaminis ex parte mulieris conventae», respondit: «Negative ad primum, affirmative ad secundum seu constare de matrimonii nullitate, in casu, dumtaxat ob impedimentum ligaminis ex parte mulieris conventae, tamquam in prima instantia».

2. Rev.dus Promotor Iustitiae Tribunalis Rotae Romanae ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal provocavit adversum decretum Turni rotalis diei 21 octobris 2009, quo decrevit nullitatem sententiae Tribunalis Maronitarum diei 5 augusti 1991, quin tamen Cl.mus D.nus Z citatus esset ad suum defensionis ius exercendum, ac Promotor Iustitiae Substitutus H.S.T. recursum prosequendum censuit, libellum causae introductorium ac instructionem suppletoriam apud H.S.T. proponens.

Causa rite in Congressu ad disceptionem admissa, die 19 novembris 2012 dubii formula statuta est: «An constet de nullitate decreti rotalis die 21 octobris 2009 lati; an constet de nullitate sententiae rotalis definitivae die 26 ianuarii 2011 latae, quatenus nullum matrimonium declaravit ob impedimentum ligaminis».

In iure et in facto

3. Lex Ecclesiae semper multum facit ius defensionis iuxta canonum sanctio-

y admitió el nuevo capítulo del impedimento de vínculo por parte de la mujer demandada.

Finalmente la sentencia definitiva del mismo Turno rotal, el 26 de enero de 2011, respondió al *dubium* que se había fijado, «si consta la nulidad del matrimonio, en el caso, por error en cualidad de la demandada por parte del esposo, y, como en primera instancia, por impedimento de vínculo por parte de la mujer demandada», del siguiente modo: «Negativamente a lo primero, afirmativamente a lo segundo, es decir, consta la nulidad, en el caso, solamente por impedimento de vínculo por parte de la mujer demandada, como en primera instancia».

2. El Rvdo. Promotor de Justicia del Tribunal de la Rota Romana recurrió al Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica contra el decreto del Turno rotal del día 21 de octubre de 2009, por el que se declaró la nulidad de la sentencia del Tribunal Maronita del día 5 de agosto de 1991, pero sin que el Sr. Z fuera citado para ejercer su derecho de defensa, y el Promotor de Justicia sustituto de este Supremo Tribunal estimó que debía proseguirse el recurso, proponiendo ante este Supremo Tribunal la introducción y la instrucción supletoria de la causa.

Admitida la causa para su discusión en el Congreso, se fijó el 19 de noviembre de 2012 la siguiente fórmula de la duda: «Si consta la nulidad del decreto rotal dado el 21 de octubre de 2009; si consta la nulidad de la sentencia rotal definitiva dada el día 26 de enero de 2011, en cuanto declaró nulo el matrimonio por impedimento de vínculo».

In iure et in facto

3. La ley de la Iglesia siempre da gran importancia al derecho de defensa, de

nem, sententiam nempe vitio insanabilis nullitatis laborare, si ius defensionis alterutri parti denegatum est.

Iuxta ipsam Rotae Romanae iurisprudentiam substantiale defensionis ius parti denegatur quoties illa «nec actioni a parte adversa in iudicium adductae contradicere valet propter agendi rationem ipsius Tribunalis, nec probationes tempore instructionis collectas impugnare, nec propriam declarationem iudiciale facere, nec argumenta exhibere quoad factum circa quod iudicium versatur» (sententia interlocutoria diei 20 ianuarii 1983, coram Stankiewicz, n. 8, in *Monitor Ecclesiasticus* 109 [1984] 249). Aliis verbis «ut hac facultate contradicendi et obiciendi in processu matrimoniali altera pars uti possit necesse est ut cognoscat causae obiectum seu causam petendi et petitum... probationes decursu processus adductas tempore opportuno seu ante ferendam sententiam evulgandas, adeo ut statim vel in phasi discussoria sua argumenta adducere possit» (decretum diei 14 maii 1998, coram Turnaturi, n. 9, in *Decreta selecta*, XVI, p. 151).

Animadvertere praeterea iuvat canonum praescriptum iuxta quod sententia vitio insanabilis nullitatis pariter laborat, si iudicium institutum non est adversus aliquam partem conventam. Quae nullitas «non si dà soltanto quando non vi è alcuna parte convenuta, ma anche qualora non sia citato un litisconsorte passivo necessario» (J. LLOBELL, *La nullità insanabile nella sentenza per un vizio attinente alle parti* [can. 1620, nn. 4, 5 e 6], in *La "querela nullitatis" nel processo canonico*, Città del Vaticano 2005, p. 135).

In causis nullitatis matrimonii ipsum vinculum est materia contentiois; et actiones matrimoniales sunt personales et a coniugibus agendae, quippe qui partes

manera consecuente con la sanción canónica que establece que la sentencia incurre en vicio de nulidad insanable si se ha denegado el derecho de defensa a una de las partes.

Según la misma jurisprudencia de la Rota Romana, se deniega el derecho sustancial de defensa a una parte siempre que ésta «a causa del modo de actuar del Tribunal, no puede contradecir la acción aducida por la parte contraria en el juicio; o impugnar las pruebas recogidas durante la instrucción; o hacer su propia declaración judicial; o presentar argumentos acerca del hecho sobre el que versa el juicio» (sentencia interlocutoria del 20 de enero de 1983, coram Stankiewicz, n. 8, en *Monitor Ecclesiasticus* 109 [1984] 249). En otras palabras, «para que la otra parte pueda usar de esta facultad de oponerse y objetar en el proceso matrimonial, es necesario que conozca el objeto de la causa, es decir la *causa petendi* y el *petitum*... las pruebas aportadas en momento procesal oportuno, que deben ser publicadas antes de dar la sentencia, de tal modo que inmediatamente o en la fase de discusión pueda dar sus argumentos» (decreto del día 14 de mayo de 1998, coram Turnaturi, n. 9, en *Decreta selecta*, XVI, p. 151).

Conviene, además, tener en cuenta la disposición canónica según la cual la sentencia se encuentra también afectada por un vicio de nulidad insanable si el juicio no se ha instituido contra alguna parte demandada. Esta nulidad «no se da solamente cuando no hay parte demandada, sino también cuando no se ha citado a un litisconsorte pasivo necesario» (J. LLOBELL, *La nullità insanabile nella sentenza per un vizio attinente alle parti* [can. 1620, nn. 4, 5 e 6], in *La "querela nullitatis" nel processo canonico*, Città del Vaticano 2005, p. 135).

En las causas de nulidad del matrimonio el mismo vínculo es la materia litigiosa; y las acciones matrimoniales son personales y deben ser ejercidas por los cónyuges,

necessariae in processu sint utpote titulares relationis matrimonialis, quae iura et officia secum fert, sententia praeterea multos effectus in sphaeram personalem utriusque coniugis habente (cfr. I. ZUANAZZI, *Le parti e l'intervento del terzo*, in *Il processo matrimoniale canonico*, Città del Vaticano 19942, p. 367).

Ut par est, absentia citationis et omnis communicationis inficit ulteriorem actorum cursum, ita ut iuxta ipsam rotalem iurisprudentiam «ineptus primus gressus totam viam claudat» (decretum diei 21 februarii 1997, n. 2, coram Serrano, in *Decreta selecta*, XV, p. 43): nam facultas contradicendi et obiciendi in processu deest, ubi pars conventa petitum et causam petendi prorsus ignoravit, probationes inde tempore instructionis adducere non potuit, nec tempore discussionis contradicere.

4. Ab omnibus admittitur ac plane constat D.num Z citatum non fuisse apud Rotam Romanam quando causa incidentalis habebatur, qua disceptatum est de nullitate sententiae, qua suum matrimonium anno 1991 nullum declaratum fuerat, nec ceterum ipsum sponte comparuisse, ne gnarum quidem de causae existentia. Hoc etiam ex documentis absque dubio probatur. Iam Rev.dus Rotae Romanae Tribunalis Defensor Vinculi die 6 iulii 2011 querelam nullitatis excepit ob defectum citationis coniugis, quam dein die 11 novembris 2011 eius Rev.dus Promotor Iustitiae ad H.S.T. proposuit.

Quam ob rem clare deducitur decretum die 21 octobris 2009 latum, quod de nullitate sententiae diei 5 augusti 1991 constare decrevit, vitio nullitatis insanabilis laborare tam ob iudicium adversus aliquam partem conventam non institutum, quam ob ius defensionis denegatum.

en la medida en que son partes necesarias en el proceso, como titulares de la relación matrimonial, que lleva consigo derechos y deberes. Además, la sentencia produce muchos efectos en la esfera personal de ambos cónyuges (cfr. I. ZUANAZZI, *Le parti e l'intervento del terzo*, in *Il processo matrimoniale canonico*, Città del Vaticano 19942, p. 367).

Como es natural, la ausencia de citación y de toda comunicación vicia el curso ulterior de los actos, de tal modo que según la jurisprudencia rotal «un primer paso nulo cierra todo el camino» (decreto del día 21 de febrero de 1997, n. 2, *coram* Serrano, en *Decreta selecta*, XV, p. 43), pues la facultad de oponerse y formular objeciones en el proceso no se da cuando la parte demandada desconocía totalmente lo que se pedía y la causa en la que se fundaba la petición, y en consecuencia no pudo presentar pruebas durante la instrucción, ni responder durante la discusión.

4. Todos admiten y consta con certeza que el Sr. Z no fue citado ante la Rota Romana cuando se trataba la causa incidental en la que se discutió sobre la nulidad de la sentencia que declaró nulo su matrimonio en 1991, ni tampoco compareció espontáneamente, ni fue informado de la existencia de la causa. Esto queda probado también sin duda por los documentos. Ya el Rvdo. Defensor del Vínculo de la Rota Romana propuso, el 6 de julio 2011, una excepción de querrela de nulidad por defecto de citación del cónyuge, que después, el 11 de noviembre de 2011, su Promotor de Justicia propuso a este Supremo Tribunal.

Por lo cual se deduce claramente que el decreto de 21 de octubre de 2009, por el que se estableció que constaba la nulidad de la sentencia de 5 agosto de 1991, está afectado por un vicio de nulidad insanable, tanto porque el juicio no fue instituido contra ninguna parte demandada, como por denegación del derecho de defensa.

Etenim D.nus Z est pars conventa necessaria quia causa incidens de nullitate sententiae, qua nullum declaratum est matrimonium, egit de matrimonio quod ipse cum D.na Y iniit. Idem D.nus Z non tantum litis consors facultativus erat. Hic non agitur de matrimonio ab aliis contracto, sed pro D.no Z agitur de causa sui ipsius matrimonii, pertractata quidem sub specie declarationis nullitatis sententiae, qua declarabatur nullitas sui ipsius matrimonii, etsi incidenter introducta.

5. Ad rem habenda non est assertio prolata iuxta quam natura litis consortis facultativi confirmaretur ex eo quod D.nus Z nihil adduxit ad confirmandam validitatem sententiae, quae declaravit matrimonii nullitatem. At non satis effendum est apud H.S.T. quaestionem non agitari de validitate sententiae anno 1991 latae, sed tantum de validitate decreti rotalis et quidem sub respectu iuris defensionis denegati. Oblivioni ceterum minime tradendum est –uti Rev.mus Promotor Iustitiae animadvertit– D.num Z prima vice ab H.S.T. efficaciter citatum, quoddam utilissimum praebuisse, id est exemplar decisionis iudicialis die 19 augusti 1991 in gradu appellationis latae.

6. Nullitate decreti die 21 octobris 2009 lati edicta, ruit quoque sententia definitiva coram eodem Ponente die 26 ianuarii 2011 prolata, tantum quoad nullitatem ob impedimentum ligaminis decretam. Si, enim, non constat de nullitate sententiae qua nullum declaratum est matrimonium anno 1983 initum inter D.num Z et D.nam Y, matrimonium initum anno 1997 inter hanc mulierem et D.num X non potest declarari nullum ob impedimentum ligaminis, et proinde nulla declaranda est sententia definitiva die 26 ianuarii 2011 prolata.

En efecto, el Sr. Z es parte demandada necesaria, ya que la causa incidental sobre la nulidad de la sentencia por la que se declara nulo un matrimonio, versaba sobre el matrimonio que él mismo contrajo con la Sra. Y. El Sr. Z no era solamente un litisconsorte facultativo. Aquí no se trata de un matrimonio contraído por otros, sino que para el Sr. Z se trata de una causa sobre su propio matrimonio, tratada formalmente como una causa de declaración de nulidad de la sentencia que declaró la nulidad de su matrimonio, por más que hubiera sido introducida incidentalmente.

5. No se ha de considerar atinada la afirmación según la cual, el hecho de que el Sr. Z no se hubiera opuesto a la confirmación de la validez de la sentencia que declaró la nulidad de su matrimonio, confirmaría su posición de litisconsorte facultativo. Por lo demás, hay que insistir en que ante este Supremo Tribunal no se trata la cuestión de la validez de la sentencia de 1991, sino solamente la validez del decreto rotal, concretamente desde el punto de vista de la denegación del derecho de defensa. No hay que olvidar –como observa el Revmo. Promotor de Justicia– que el Sr. Z, citado legítimamente por primera vez por este Supremo Tribunal, presentó algo muy útil: la copia de la decisión judicial dada en grado de apelación el 19 de agosto de 1991.

6. Una vez declarada la nulidad del decreto del 21 de octubre de 2009, también cae la sentencia definitiva ante el mismo Ponente dada el 26 de enero de 2011 solamente en cuanto a la nulidad decidida por impedimento de vínculo. En efecto, si no consta la nulidad de la sentencia por la que fue declarado nulo el matrimonio contraído en 1983 entre el Sr. Z y la Sra. Y, el matrimonio contraído en el año 1997 entre ella y el Sr. X no puede ser declarado nulo por impedimento de vínculo, y por tanto ha de ser declarada nula la sentencia definitiva dictada el 26 de enero de 2011.

Conclusio

7. Omnibus sive in iure sive in facto aeque rimatis, infrascripti Patres pro Tribunali sedentes ac solum Deum prae oculis habentes, dubio proposito respondendum decreverunt ideoque facto respondent:

AFFIRMATIVE, seu constare de nullitate decreti rotalis die 21 octobris 2009 lati;

AFFIRMATIVE, seu constare de nullitate sententiae rotalis definitivae die 26 ianuarii 2011 latae, quatenus nullum matrimonium declaravit ob impedimentum ligaminis.

Ita pronuntiamus ac statuimus, mandantes iis quorum interest, ut hanc Nostram definitivam Sententiam executioni tradant, ad omnes iuris effectus.

Expensae iudiciales sumuntur ex arca H.S.T. Singulis Cl.mis Patronis ex officio summa 500,00 euros, ex eadem arca sumpta, uti emolumentum solvatur. Cl.mus D.nus X suo Cl.mo Patrono congruum solvat honorarium.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 21 maii 2013.

(Signati)

Raimundus Leo CARD. BURKE, *Praefectus*
Ludovicus CARD. MARTÍNEZ-SISTACH,
Ponens

Ioannes Ludovicus CARD. TAURAN
Atilius CARD. NICORA
Ioannes CARD. LAJOLO

Notificetur.

Die 7 iunii 2013

+ Franciscus DANEELS, o.praem., *Secretarius*
Iosephus Ferdinandus MEJÍA YÁÑEZ,
g.m., *Praepositus Cancellariae*

Conclusión

7. Una vez examinadas todas las razones tanto en derecho como en cuanto a los hechos, los Padres infrascriptos, constituidos en Tribunal y mirando solamente a Dios, decidieron que debía responderse a la duda propuesta como en efecto responden:

AFIRMATIVAMENTE, es decir, consta la nulidad del decreto rotal emitido el 21 de octubre de 2009;

AFIRMATIVAMENTE, es decir, consta la nulidad de la sentencia rotal definitiva dictada el 26 de enero de 2011, en cuanto declaró nulo el matrimonio por impedimento de vínculo.

Así lo pronunciamos y establecemos, ordenando a quienes corresponda que ejecuten nuestra sentencia definitiva, a todos los efectos de derecho.

Las costas judiciales se cubrirán con los fondos de este Supremo Tribunal. Páguense como honorarios a cada uno de los patronos de oficio 500,00 euros de los mismos fondos. El Sr. X pague a su Patrono los honorarios correspondientes.

Dado en Roma, en la sede del Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica, el 21 de mayo de 2013.

(firmas)

Raymond Leo CARD. BURKE, *Praefecto*
Lluís CARD. MARTÍNEZ-SISTACH, *Ponente*

Jean-Louis CARD. TAURAN
Attilio CARD. NICORA
Giovanni CARD. LAJOLO

Notifíquese.

7 de junio de 2013

+ Frans DANEELS, o.praem., *Secretario*
José Fernando MEJÍA YÁÑEZ, g.m.,
Jefe de Cancillería